

- 12 Limita pendente concursu, quia tunc nemo est negligens.
- 13 Difficultatem de Creditore anteriore negligente, latius examinat Fermosm. allegat. Fiscal. 150., ubi per plures conclusiones n. 14.
- 15 Creditor negligens sibi satisfacere in bonis debitoris, quæ administrat, si dolose, non poterit agere contra tertios possessores.
- 16 Creditor negligens experiri viam executivam, quam habet, eam amittit.
- 17 Creditor anterior monitus, & citatus negligens comparere, ita ut patiatur solutionem fieri posterioribus, sibi præjudicat.
- 18 Creditor negligens exigere mandatum delegationis à campfore debitor qui decoquit, ipsi Creditori pecunia perit, secus si campfor non erat debitor.
- 19 Quod, & habet locum in cedente nomen debitoris, quod est verum, & bonum de tempore cessionis, num. 20.
- 21 Creditor recepto pignore fructifero pro securitate, si negligat fructus percipere, fructus tamen ei imputantur in sortem.
- 22 Creditor, qui obtinuit pignus iudiciale, quod neglexit distrabere, amittit legitimas usuras, nisi debitor resistendo impediat distractionem, quia tunc cessat negligentia.
- 23 Pignus, quod perit ex negligentia lata, aut levi Creditoris, ipsi Creditori perit.
- 24 Creditor negligens restituere pignus, tenetur de casu fortuito.
- 25 Creditor censuum decursorum, ex negligentia non exactorum, non potest eosdem exigere, contra tertium possessorem.
- 26 Ita Pensionarius, qui fuit negligens exigere pensiones decursas à beneficiato præcessore, non potest exigere à Successore in beneficio.
- 27 Nec evitabit Pensionarius hanc penam, nisi probet fecisse omnem possibilem diligentiam contra præcessorem.
- 28 Proderit tamen, si ultimo anno fecit eas diligencias.
- 29 Spectat ad Pensionarium probare fecisse omnem possibilem diligentiam, etiam contra hæredes, num. 30.
- 31 Limita, si Pensionarius non potuit agere contra præcessorem, si ignoravit Jus suum, si egit eo modo quo debuit, & potuit.
- 32 Creditor, qui impetravit rescriptum commissionis causæ, deinde per annum neglexit uti, si pars adversa impetret aliud commissionis rescriptum, executionem hujus secundi, non potest impedire, nec obstat, quod rescripta sunt perpetua, num. 33.
- 34 Contra Creditorem negligentem exigere, qualiter præscribat debitor ex statuto Urbis, & Statuto Ferrariæ, limita in forensibus, ad quos Statuta non poriguntur, num. 35.
- 36 Qualiter præscribatur ex interdicto, quorum bonorum.
- 37 Creditor indigens, & negligens exigere creditum, reddit illud inverisimile.
- 38 Cessionarius creditum cessum negligens exigere, sibi non cedenti præjudicat.
- 39 Creditor, qui mutavit pecuniam ad refectioem domus, vel navis, si in scriptura, vel aliter negligat exprimere causam refectioem, sed solum simpliciter dicit, se mutuum dare, non consequitur prælationem in ipsa refecta; sed solum generaliter habet omnia obligata.
- 40 Debitorem carceratum infirmitate præsum, vel creditores dimittant cum fidejussione, vel ipsi in propria domo curent ab infirmitate, quod si negligant, Judex dimittet ad Hospitalale, vel fidejussori minus idoneo relaxabit.
- 41 Publicata decoctione debitoris, si negligant Creditores instare, ut fiat inventarium plura mala, seu præjudicia sequuntur, quæ enumerantur.
- 42 Edicto per Judicem publicato, quod Creditores denuntient suum creditum contra debitorem decoctum, qui negligunt denuntiare, non amplius audiuntur, quod non habet locum in minoribus, & absentibus.
- 43 Vendens habita fide de pretio, si sibi resservet specialem hypothecam in re vendita, prodest, si verò omittat talem specialem reservationem, amittit prælationem, limita ex Statuto Ferrariæ concedens hanc prælationem ex magna æquitate.
- 44 Creditores unius negotii, si negligant sibi in eo satisfacere, poterunt alterius negotii Creditores ad illud agere, & in eo sibi satisfacere.
- 45 Pecunia deposita in publico banco liberè pro satisfactione debiti, si Creditor sciens negligat exigere, & pereat, ipsi Creditori negligenti perit, secus si vinculata vinculo extrinseco.
- 46 Creditoribus posterioribus instantibus, vendi bona debitoris, & sibi satisfieri, citatis per edictum creditoribus prioribus, si isti negligant comparere, postea non audiuntur.
- 47 Creditor habens beneficium clausulæ constituti, negligens per decennium capere possessionem, an amittat possessionem civilem, aut naturalem,

- realem, sub disputatione est.
- 48 Ex sententia Postii, negligentem accipere possessionem naturalem, amittere Civilem pro regula ponitur.
- 49 Remittitur arbitrio prudentis, quantum tempus requiratur, ut Creditor negligens censeatur amisisse possessionem Civilem.
- 50 Creditor negligens excutere principalem debitorem, qui fiat postea non solvendo, non poterit agere contra tertium possessorem; maxime ex tit. oneroso num. 51.
- 52 Creditori negligenti recipere speciem sibi debitam, si pereat, eidem perit, etiam si debitor primo loco fuerit negligens in consignando, qui postea obtulit se paratum consignare.
- 53 Creditor negligens exigere litteras cambii, ubi non est facta delegatio, si campfor decoquat, non sibi præjudicat, si non se obligavit exigere intra certum tempus num. 54.
- 55 Immo sibi præjudicare, ut creditum sibi pe-
- reat, dixerunt plures.
- 56 Quæ sententiæ conciliantur, ut prima habeat locum, ubi negligentia sit modica, secunda si sit magna, & notabilis.
- 57 Si verò mandatum sit conditionatum, pendente conditione, Creditor non potest dici negligens, quia nequit agere num. 58.
- 59 Neque Creditor tenetur denuntiare scribenti litteras Cambii hanc agendi impossibilitatem, quia ipse scribens conditionem apposuit, nec præsumitur impleta, cum sit quid facti, num. 60.
- 61 Ex pluribus Creditoribus, si uno, vel altero nesciente fundus distrabatur, non sibi præjudicat, qui nesciens, non agit pro suo Jure.
- 62 Creditor immixtus in vim Salviani tenetur imputare fructus, non solum perceptos, sed etiam per suam negligentiam non perceptos, quos potuisset percipere, si fuisset usus debita diligentia.

ARTICULUS X.

De Creditorum Negligentia.

- I**acet Creditores soleant diligenter insistere pro consecutione sui crediti, itaut potius præ nimia solertia sint moderandi, ut non statim cum sacco parato veniant, l. quod dicimus 105. ff. de solut. Menoch. de arbitr. Judic. c. 27. num. 2., quam excitandi ad diligentem exactionem, cum mores nostri abhorreant voraces, & molestos nimis exactores, ut dixit Angelus conf. 312. num. 3., & 4. cum aliis citatis per Verbal. decis. 266. num. 1. p. 3.
- 1 Verum constituitur Creditor in mora, & negligentia, si rem sibi debitam, & per debitorem oblatam recuset acceptare, sine justa causa, quo casu post interpellationem cessabit interesse, & usura ex parte debitoris, & rei periculum ad eum spectabit, ut dicam dum quæram, quomodo debitor per oblationem excusetur à negligentia, hinc est, quod mora Creditoris in recipiendo rem sibi oblatam operatur, ac si ab initio à debitore res fuisset consignata, Coccin. decis. 1804. num. 16.
- 2 Secundò, si Creditor capta pignora negligat, ea subhastari, aut vendere, eaque fiant deterioris conditionis, & pretii, suo damno, & non debitoris contingit, ex allegatis per Calvin. de æquitate lib. 1. c. 88. n. 22., ubi c. 50 nu. 89., quod casus fortuitus tunc imputatur creditori, culpa cujus evenit.
- 3 Tertiò, si capta pignora subhastari fecit, & pretiū ad manus executoris perveniat, qui illud consumet, aut fugiat &c. Creditori imputatur, tum quia neglexit illud statim exigere ab exequutore, tum quia elegit exequotorem minus fidelem, Calvin. dicto c. 88. num. 21.
- 4 De negligentia arguitur Creditor, qui opportunis remediis uti potuit, & non fecit, & quidem primò, si Creditor habeat fidejussorem, etiam conventionalem, negligat tamen opportuno tempore exigere, ita ut debitor interim effectus sit minus idoneus, non possit contra fidejussorem agere, & si agat, repellitur in penam suæ negligentia. Merlin. de pignor., & hypot. lib. 5. tit. 1. q. 57. num. 3., Barzi. decis. 72. nu. 8., & seqq., Menoch. conf. 719. num. 46., Ruin. conf. 45. num. 5. vol. 5., Brun. conf. 8. num. 21., Bursat. conf. 224. num. 27. lib. 2., Bucca.

Buccafer. conf. 90. num. 4., *Surd. de alim. tit. 1. q. 45. num. 73., tit. 7. q. 17. num. 33., Pacific. de Salvian. interdicit. inspect. 5. c. unico num. 146., Alexand. in l. fin. ff. si certum petatur, Hippolit. Riminald. conf. 52. nu. 64. allegato tex. in l. si fidejussores, & ibi Castren. ff. de fidejussor;* quia negligentia unius, non debet alteri nocere, *Gabriel. de fidejussor. concl. 1. num. 45.*

6 Ad hoc tamen, ut huic assertioni sit locus, *Merlin. de pignor., & hypoth. lib. 5. trat. 1. q. 57. num. 9., & 12. post medium,* duo requirit, primò, quod negligentia Creditoris sit valde magna, & dolosa, aperta ad fraudem, *l. si fidejussor ff. de fidejussor. ubi glos. in V. non posse circa finem, Bertazol. de clausul. instrumental. claus. 43. glos. 4.,* non verò, quando est levis, & modica. Secundò, quod fidejussor interpellaverit Creditorem tempore opportuno, ut creditum suum exigat, dum potest, ubi *num. 10. ad ipsa requisita allegat D.D. videndos, & eadem duo requisita repetit num. 12. explicando Pacificum de Salviano interdicit., & num. 13.,* quod neque cum illis requisitis

7 locum habeat, ubi fidejussor sit obligatus principaliter, & in solidum.

8 Creditor produxit schedulam, ex qua apparet de suo Credito subscriptam, vel quomodolibet signatam manu debitoris, qui citatus ad eam recognoscendam, non comparuit, undè Judicis decreto pronuntiatum fuit haberi pro recognita, si debitor postea compareat, & velit purgare moram, atque contra scripturam excipere, an in hoc casu admittatur purgatio moræ? & negligentia, hanc quæstionem latius prosequitur, *Gait. de credito c. 2. tit. 9. a. nu. 3298., & pluribus seqq.,* Ubi solutio est, quod si per plura judicis decreta ritè, & rectè emanata, scriptura habita fuit pro recognita, mora, & negligentia debitoris contumacis non sit purgabilis, si verò per unicum decretum pronuntiatum fuit pro recognita, tunc sit purgabilis; ratio differentie est, quia in hoc secundò casu unica tantum sit mora, in primò verò multiplex, undè intrat regula supra posita, quod moram geminata nequeat purgari, & *num. 3258. modificat responsum, si ex scriptura pronuntiatum pro recognita, non appareat certitudinaliter de credito, quia ubi est obscurum creditum, ibi præsumi potest posse exceptio-*

nibus debitorem se tueri, & in obscuris, seu dubiis favendum est reo, *ex reg. xi. cum sunt partium de regul. Juris in 6., & consequenter intrat alia regula 60. non est in mora, qui potest exceptione legitima tueri.*

9 Quod, si Creditor exercent negotia, vel bona debitoris, & ex eis possit sibi satisfacere, & negligat, non potest petere interesse lucri cessantis, quia sibi debet imputare, si neglexit sibi satisfacere: *Riminald. d. conf. 52. num. 63. ad finem, Surd. de aliment. tit. 1. d. q. 45. num. 72., Marefcot. variarum resol. lib. 1. c. 37. num. 8.*

10 Si creditor habeat plures obligatos in solidum, & tamen exigat ratam pro virili, & negligat exigere in solidum, sibi præjudicat, quia præsumitur renunciare juri sibi competenti, de exigendo à singulis in solidum: *Io: Baptista Costa de ratione ratæ q. 33. n. 2. ubi n. 5. & 6. post Mascard. de probatio. concl. 1262. & 1263. resoluit objecta; Antonin. de Amat. resol. 70. n. 1. & seqq. Pigant ad Statutum Ferrariae tom. 1. rub. 14. n. 3. V. (sed & possit) cum seq.*

11 Si creditor hereditarius satisfactus fuit de suo credito ex pecunia in hereditate reperta, licet sit posterior in tempore, anteriores autem creditores negligentes extiterint in procuranda satisfactione, tunc & eo casu isti Creditores, licet anteriores, propter suam negligentiam in ejusdem odium, non possunt revocare à dicto Creditore satisfacto, licet hæreditas sit effecta, non solvendo, *per tex. in l. pupillus 24. ff. quæ in fraudem Creditorum, quem tex. ita intelligit, Merlin. de pignor., & hypoth. lib. 5. t. 1. q. 57. sub num. 3. vers. Allegat. consimilis, & vers. (Sed hic tex.) Afflic. decis. 190., Cephal. conf. 555. num. 7. lib. 4.,* quod non habeat locum, ubi nulla fuit negligentia: *Rota coram Seraphin. in Romana pecuniaria 9., Mart. 1594., quæ inter eius impræssas est, decis. 1074., Marefcot. variarum resol. lib. 2. c. 36. num. 1. 2. 3., ubi numeris seqq.,* limitat hunc effectum. Primò, si solutio fieret per decoctum; Secundò, quando Creditor est privilegiatus, quæ limitationes, etiam fallunt, si pecunia fuerit bona fide consumpta: *Rota coram Damasceno decis. 317. n. 5. inter Posthum Farinac., Salgad. Labyrinth. creditorum p. 1. c. 10. à num. 41., & seqq., & p. 3. c. 8. num. 20. 21., & ibi Rota post eum impressa, coram Albergat. decis. 18. nu. 4. 7., Pe-*

7., *Petrus Barbosa in l. 1. p. 6. num. 22. 23. ff. sol. matri; Bonacina de restitutione in genere d. 1. q. 8. p. 2. num. 20., Navara summa c. 17. num. 53., Homobon. lib. 2. consult. responso 260., Gramatic. p. 1. post decisiones.*

12 Quod limita, si solutiones fiant pendente concursu, quia tunc ex concurrentibus nemo potest dici negligens: *Salgad. dictoc. 10., & p. 3. c. 8., & c. 14.,* quia ubi par est omnium diligentia, non est locus gratificationi, *Marefcot. d. c. 36. num. 3.,* neque habet locum contra Ecclesiam, vel Fiscum, *Fermosin. alleg. fiscal. 7.,* ubi fuscè, & nostrum effectum firmavit, *Rota coram Burato decis. 687. num. 2.,* ubi quod secus, si nulla intercessit negligentia, sed æqualis diligentia: *Pigant. ad Statutum Ferrariae rub. 133. Diana p. 3. tract. 5. resol. 10., Layman. lib. 3. tract. 2. c. xi. num. 7.*

13 Difficultatem de Creditore anteriore tempore negligente, & de Creditore posteriore in tempore diligente exigere satisfactionem sui crediti, non solum in hæreditate debitoris defuncti, sed etiam eo vivo, & in concursu &c. in universum latè examinat, *Fermosin. in suis allegationibus fiscalibus alleg. 7.,* desumpto argumento *ex tex. in c. Vergentis x. de heret.,* ubi an fiscus Creditor possit avocare pecuniam posteriori solutam, etiam si posterior titulum onerosum habuerit, & postquam quæstionem perdifficilem dixerit *num. 1. alleg. 7.,* pluribus tamen *num. 2. posita* ratione dubitandi *num. 3., & seqq.* per diversas conclusiones resoluit; & prima est conclusio, ut si Creditor personalis sit, hoc est, ut habeat obligatam personam, & non bona debitoris, ut qui solum chirographum, vel testes de suo debito habet, non possit avocare solutum posteriori, etiam solam personalem habenti, quia Creditores personales, non privilegiati sunt pares in solutione, sic, ut nec unus alteri præferatur, etiam si sit prior tempore, quare sit, ut solutio facta posteriori diligentiori, non retractetur per anteriorem, qui fuit negligens, cum vigilantibus, & non dormientibus jura subveniant, *per tex. in l. pupillus §. 1. ff. quæ in fraudem Creditorum, ibi ne alterius, aut negligentia, aut cupiditas huic, qui diligens fuit, noceat, Cephal. consil. 86. & consil. 555. num. 4., Surd. decis. 60. nu. 9., Peregrin. de Jure fisci lib. 6. tit. 6.,* pluresque

alios refert, & sequitur, *Fermosin. supra, ubi num. 6. ampliat, etiam si Creditor sci-verit debitorem habere alios Creditores personales priores tempore, nec omnibus esse solvendo, & num. 7.,* vel pecunia per posteriorem recepta, sit consumpta, vel extet; difficultatem *num. 10. examinat, si inter habentes actionem personalem anterior habeat privilegiatam, quam simplicem habet posterior, idest non privilegiatam, & distinctionem, ibi vide, inter autem Creditores hypothecarios æquales, magis privilegiatus avocet ex ibi allegatis nu. 14., & num. 15. ac 16.,* si pecunia, aut species soluta posteriori bona fide fuisset consumpta, vel commixta, quod tunc ex æquitate non avocetur, vel si ex causa onerosa posterior, anterior verò ex causa lucrativa sit Creditor.

14 Secundam autem ponit conclusionem, *Fermosinus supra num. 18.,* quod fiscus semper, & in quocunque casu avocet soluta posteriori creditori, *Peregrin. de Jure fisci lib. 6. tit. 6. num. 8. excipit in Creditore posteriori tunc oneroso; nam fiscus ex tit. lucrativo, non avocaret pecuniam posteriori solutam, Gait. de credito c. 4. q. 11. sub n. 1505., & seqq.,* ubi, quod saltem res sit dubia, & consequenter habere locum, *tex. in l. non puto ff. de Jure fisci; aliaque plura observatione digna ponit dictus Fermosinus loco citato, quæ ibi vide, sicuti quando pecunia, aut species soluta posteriori sit, & dicatur consumpta ad effectum, ut non possit revocari à fisco priori: examinat ibid. num. 31., & seqq.*

15 Creditor administrans bona sui debitoris, & habens ex ejusdem bonis pecunias, quibus possit sibi satisfacere, & videat imminere decoctionem ipsius debitoris, & tamen omittat sibi satisfacere, sub clipeo existentie bonorum hypothecatorum pænes tertium possessorem, in hoc casu, quia omisio, & negligentia cum sit dolosa, & fraudulenta, & de hoc saltem ex conjecturis appareat, ipse Creditor negligens amittit suum creditum, neque potest agere contra tertium possessorem bonorum hypothecatorum, ut hinc indè articulo discusso resoluit, *Merlin. de pignor., & hypoth. lib. 5. tit. 1. q. 57. num. 9.,* vel fortè, quia præsumitur sibi satisfacisse. *Rota coram Corrado in Romana transactionis rescissionis 29. Maii*

- Maii 1648. post Salgad. labyrinth. credit. decis. 24. num. 4.
- 16 Quod, si Creditor ex Statuto, aut alio Jure municipali habeat viam executivam, & negligat eam experiri, in odium eius negligentiae amittit eam viam: Bartol. in l. 2. §. si rem alienam num. 2. ff. pro emptore, Carleval de judic. tit. 3. disp. 4. nu. 23., Rota in Romana Salviani, coram Merlino decis. 407. num. 16. tom. 1. p. 1., qua propter Pigant ad Statutum Ferrariae lib. 2. rub. 128. num. 5., & 31., notat, quod Creditor negligens per quindecim annos exigere sibi debita, amittit creditum ex vi illius Statuti.
- 17 Quod Creditor anterior, si monitus, & citatus, negligat comparere, & experiri Juris remedia ad sui favorem, sed patitur solutionem fieri posterioribus, ita ut non superint bona, quibus, & ipse satisfieri valeat, sibi praedjudicat, & debet sibi imputare, si non curavit desuper obtinere sequestrum, ad tex. in l. si eo tempore, & ibi glos., & Bartol. C. de remissione pignorum, Rota coram Carillo in Romana Salviani, seu attentatorum Vener. 20. Maii 1643. post Merlin. de pignor., & hypoth. decis. 65. num. 11., Salgad. labyrinth. credit. p. 1. c. 1. num. 35., & seqq., Carleval. de Judic. tit. 3. d. 22., ea ratione, quia censetur consentire; Non tamen sibi praedjudicaret, si citatus ad videndum confici inventarium non compareat, sed negligat: Scaccia de Judic. lib. 1. c. 24. num. 22. Citatus autem per proclama, & adhuc negligat, tunc censetur consensisse; Merlin. de Pignor., & hypoth. lib. 4. q. 109. num. 57., quod tamen habet contradictores, ut videre est apud Statil. de Salviano interdicit. inspect. 3. c. 5. a num. 53. & seqq.
- 18 Si Creditor receperit a suo creditore mandatum delegationis directum campfori, & campfor uti debitor delegantis, non solum absolute acceptaverit, sed promisit solvere, uti debitor delegantis, deinde ille Creditor negligat, & morosus sit in exactione pecuniae, & interim campfor decoquat, ipsi Creditori perit pecunia, non debitori deleganti, quia facta est novatio; Rota coram Ludovis. decis. 217., Seraphin. decis. 1419. Burat. decis. 486., & decis. 497., Antonel. de tempore legali lib. 1. c. 36. num. 17., Gratian. discept. for. c. 64., ubi num. 16., quia

- tria requiruntur posita in nostro casu. Primo, quod Campfor delegatus sit debitor delegantis, quia a delegante pecuniam recepit, unde secus est in campfore, qui non est debitor, sed solum virtute remissorum cambiorum acceptat mandatum de solvendo, ut in his terminis loquitur: Rota coram Lanzelotto in Bononien. pecuniaria, impressa apud Marchesan. de commiss. p. 2. fol. 600., & plura apud Pigant. ad Statutum Ferrariae p. 2. rub. de decoctoribus 24. num. 39. 40. & 41.; Secundo, quod ille campfor per stipulationem promittat Creditori solvere, sufficit tamen stipulatio per scripturam privatam, quam secundam conditionem de Jure canonico, non requiri necessario. Tertio, quod promittat tamquam debitor; Marecot. variarum resol. lib. 2. c. 11., Amat. variarum resol. lib. primo resol. 47., Seraphin. decis. 1419., Mastri. decis. 179., Gratian. discept. for. c. 527. num. 8., Scaccia de comertis, & cambiis §. 2. glos. 5. a num. 280., & seqq.
- 19 Quae omnia habent locum in quocunque cedente nomen debitoris; nam si periculum, vel deterioratio nominis provenierit post cessionem propter culpam, seu negligentiam cessionarii, tunc periculum illud, & damnum spectat ad Creditorem cessionarium: Antonel. de tempore legali lib. 1. c. 36. nu. 8. post Scacciam de comertis, & cambiis §. 2. glos. 5. num. 253., & seqq.
- 20 Amplia etiam si cedens, aut vendens nomen debitoris, promittat illud esse bonum, quia sufficit esse tale de praesenti tempore cessionis, non vero in futurum, maxime si Creditor sit morosus, & negligens in futurum, Antonel. loco supra citato num. 13.
- 21 Quod si a debitore pro securitate crediti recepit pignus frugiferum, sed propter suam negligentiam, non percepit fructus, tamen imputantur in sortem illi fructus, quos potuisset percipere, & ex negligentia non percepit l. Creditor qui, ibi, quos percepit, vel percipere debuit; C. de pignor. act. ubi Barbosa num. 1., & 2., Negusant. de pignor. p. 5. member 5. num. 1., Mantica de raticis lib. 10. tit. 8. num. 3. 6., Fontanella decis. 208. num. 5., Surd. decis. 270. num. 1., Merlin. de pignor., & hypoth. lib. 1. tit. 1. q. 1. num. 4., & lib. 5. tit. 1. q. 45. nu. 5., ubi num. 7. in fin. assignat rationem, quia scilicet contractus pignoris sit gratia utriusque,

& in

- & in eo praestanda est diligentia: Fontanell. d. decis. 208. num. 5.
- 22 Si Creditor, qui obtinuit pignus judiciale, & ex causa judicati negligenter se habeat in distractione pignoris, amittit legitimas usuras, seu ei cessat cursus legitimarum usurarum, quia debet sibi imputare, quare non processit ad distractionem ejusdem pignoris in extinctionem sortis, vel sibi assignationis in solutum, l. 1. §. socius ff. de usur., Rota decis. 132. num. 16., & 17. p. 6. recent., & ex aliis allegatis per Merlin. de pignor., & hypoth. lib. 4. tit. 3. q. 97. num. 4., ubi num. 5., & 6., limitat, si debitor obstitat executioni, vel sit controversia super identitate debiti, quia his positis, non amplius Creditor est negligens in pignoris distractione, ex ea generali ratione notata in principio hujus tractatus, quod scilicet impedito mora, & negligentia non imputatur.
- 23 Si ex negligentia, quae sit cum lata, aut levi culpa apud Creditorem pignus pereat, ipsi Creditori perit, puta de nocte dimisit portam apertam, & sic negligit custodia, vel dum alii de nocte reponunt animalia, puta equos in stabulo ad cavendum a furto, si Creditor id negligat, & pignora exinde pereant, ipse Creditor damnum sentit, l. si cum venderet, §. venit autem, ff. de pignor. act., Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 5. q. 130. num. 1. 4. 5. 6., ubi num. 9., quod si ex negligentia culpabili casu fortuito pignus pereat, Creditori imputatur, secus si absque negligentia Creditoris, quia tunc inurat reg., quod res suo domino perit, ubi nu. 11., & seqq., similiter, si Creditor negligat facere expensas omnino necessarias, & non multum graves pro rei pignori datae conservatione; & res pereat, aut fiat deterioris conditionis, tunc res perit ipsi Creditori negligenti: per tex. in l. si servos ff. de pignor. act.
- 24 Et Merlin. ead. tract., & tit. q. 151., quod si Creditor sit negligens, & morosus in restitutione pignoris, teneatur de levissima culpa, & de casu fortuito, Gait. de credito c. 4. num. 1179., cum seqq., unde si tinea vestes corrosit, vel ventorum impetu stabulum corrui, & animalia pignorata oppressit, Creditori moroso imputatur.
- 25 Creditor in exigendo negligens fructus census a debitore, non potest contra ter-

tium possessorem fundi experiri, quia negligens in exigendo, dicitur esse in culpa, & culpa Creditoris, non potest nocere tertio: Gabriel. cons. 47. num. 16. lib. 1., Cencius de censibus p. 2. c. 2. q. 5. art. 9. nu. 64., Merlin. de pignor. lib. 5. q. 57. n. 2., Leotard. de usur. q. 57. num. 35., & vide dicenda in seqq. Negligens autem dicitur, qui sine justa causa differt exigere (ut dicam infra) ultra sex menses.

- 26 Similis est effectus in Creditore Pensionario, qui fuit negligens in exigendis pensionibus decursis tempore praecessoris, non potest agere contra successorem in beneficio, alias repellitur propter negligentiam, quae negligenti, & non successori in beneficio nocere debet: Gratian. discept. for. c. 94. nu. 59., Barbosa de potestate Episc. alleg. 120. n. 8., Merlin. de pignor. lib. 2. q. 92. nu. 6., adnotata post Burat. decis. 448. num. 10. 11., Tiber. Salust. practica lib. 3. c. 3. num. 24., Rota decis. 352. p. 2. tom. 2. recent., Statil. de Salviano interd. inspect. 3. c. 4. num. 612., Rota coram Marquemontio in Alexanen. pensionis 12. Februarii 1610., impressa apud Marchesan. de commiss. appell. in causis pensionum fol. 605., & in Zamoren. pensionis coram Orano ibid. fol. 606., & in Cesaraugustana pensionis coram Pamphilio fol. eod., Barbosa in c. ad hoc de solut., Tondut. de pensionibus c. xi. nu. 3., ubi num. 5., quod diligentia adhibenda in exactione pensionis, non excludit honestatem, & aequitatem, unde commiseratio, & dilatio ad unam ratam expectando per sex menses, non censetur negligentia: Lotber. de re benef. lib. 1. q. 39. n. 138. & 139., post Angelum consil. 312., licet semper arbitrio Judicis remittatur, quae sit negligentia, seu commiseratio iniqua, ubi num. 7., quod neque Pensionarius diceretur negligens, si probaret diligentias contra praecessorem fuisse futuras inutiles, quia ubi est impotentia, ibi non est negligentia, & iterum idem Tondut. c. 20 nu. 26.
- 27 Ad evitandam hanc negligentiam, non sufficit, si Pensionarius extrajudicialiter procuret exactionem, sed requiruntur diligentiae judiciales, & tales, ut nihil desit ad hoc, ut exigat, Burat. decis. 617. nu. 6., & quod istae diligentiae debent esse plenae probatae, quia est materia rigorosa, & contra aequitatem, & bonam fidem: Puteus decis. 189. in fine lib. 2., Addent. ad Gregor. decis.

X